

EXCURSUS AD V. 599.

Aldus et antiquissimae editiones hic atque in Hippolyti v. 565. legunt τὰσχροά, quod utrobique mutatum est in ταισχροά. Immo mutandum fuit in τὰσχροά ex lege analogiae. Articulus enim, quod satis notum est, nunquam eliditur, sed cum proxima aut vbeali aut diphthongo facit crasin. Primam enim habent longam τὰδικα, τὰκριβῆ, τὰμὰ et similia. Eadem lex obtinet in θῶπλα pro τὰ ὄπλα, τῶρνεα pro τὰ ὄρνεα. vid. Brunck. ad Comici Lysistrat. 277. coll. ad Av. 105. et 449. Vbi articulo subiiciuntur diphthongi οἰ et αἰ, prior diphthongi littera cum articulo coalescit, et iota, quod necessario ob praecedentem longam etiam in pronuntiatione obscurari debuit, subscribitur. Accurate de hac re praecipit Etymologus M. p. 822. 53. ὠπόλος ἀπὸ τοῦ ὀ αἰπόλος γίνεται κατὰ κράσιν τοῦ ὀ καὶ αἰ εἰς τὸ ὠ, καὶ συναιρέσει πάλιν τοῦ ὀ (lege ὠ) καὶ ἰ εἰς τὴν ὠ δίφθογγον, ὠπόλος (l. ὠπόλος), ἀντὶ τοῦ ὀ αἰπόλος. Τὸ δὲ ὠπόλοι (l. ὠπόλοι) ἀπὸ τοῦ οἰ αἰπόλοι, κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ἰ τοῦ οἰ ἄρθρου, καὶ κράσει καὶ συναιρέσει. Eodem pertinent ὠνος pro ὀ οἶνος, ὠνοχόος pro ὀ οἶνοχόος, τῶκίδιον pro τὸ οἰκίδιον. Quod litteram subscriptam attinet, conferantur etiam κᾶτα pro καὶ εἶτα, κῶνον pro καὶ οἶνον, κῶκίαν pro καὶ οἰκίαν, ἐγῶμαι pro ἐγὼ οἶμαι, et quae reliqua sunt huius generis. Ad quam similitudinem etiam in Eurip. Suppl. 767. scribendum est κᾶσχύνην. Nam Marklandi κᾶισχύνην analogiae repugnat. Atque ut in his ob antecedentem contractionem iota obscuratur, ita in χῶδωνις pro καὶ ὀ Ἄδωνις alterum alpha vi sua priuatur. Nemo, opi-